

IOANNES CASIMIRVS DEI

gra̅a Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuã Russiæ Prussiæ Mas.ᵃ Samog.ᵃ Liuõ Smolen̄ Czernihoniaq Necnon Suecorum Gottorum Vandalorumq hæred.ˢ REX

Significamus præsentibus literis Nr̄is, quorum interest Vniuersis et singulis. Quemadmodum Serenus olim Diuæ Memoriæ Vladislaus Quartus Rex et Frater Noster charnus Priuilegium a Sermis olim Sanctæ Memoriæ Antecessor Nr̄i Sigismundo Ter-
tio Parente Nr̄o desideratmo super donationem Tabernæ Incolis Villæ Dzierzkowice concessum et confirmatum singulari etiam Priuilegio suo de data Varsauiæ die XXX Mensis Decembris Anno Dn̄i MDCXLIV approbauit, confirmauit, ro-
borauit, et ratificauit. Ita Nosquoq Ioannes Casimirus supplicationi certorum Consiliariorum Nr̄orum pro illis apud Nos interpositæ benigne annuentes easdem Priuilegii literas tam in toto quam in parte in omnibus punctis clausulis et articulis, appro-
bamus, roboramus, renouamus, confirmamus et ratificamus, in quantum tamen Iuri communi non repugnaret et Vsus earum habetur, decernentes eandem Vim et robur debitæ firmitatis semper obtinere debere Vigore et patrocinio harum literarum Nr̄arum.
Quarum quidem literarum series de Verbo ad Verbum ea est quæ sequitur. Vladislaus IV Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolenscię Czernihouiaq Nec non Suecorum Gottorum Vandaliq hæreditarius Rex
Significamus præsentibus lr̄is Nr̄is quorum interest Vniuersis et singulis. Exhibitas Nobis esse literas pergameneas manu Sermi Sigismundi Regis subscrptas Sigilloq Regni munitas sanas saluas et illæsas omniq suspicionis nota caren̄ continen̄ in se confirmon̄ Priuilegii
Incolis Villæ Dzierzkowice in Terra Lublinen. sit per Sermum olim Sigismundum Primum Regem Poloniæ super certam Tabernam ratione et in subsidium oneris poduodarum per eosdem Incolas præstari solitar concessi. Supplicatumq Nobis est vt easdem lr̄as auth. Nr̄a Regia
approbare et confirmare dignaremur. Quarum lr̄arum tenor sequitur estq talis. Sigismundus Tertius Dei gra̅a Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ Russ. Pruss. Masouiæ Samogit Liuoniaq etc nec non hæreditarius Sueciæ Rex Significamus præsentibus lr̄is Nr̄is quorum
interest Vniuersis et singulis. Oblatas Nobis esse lr̄as pergameneas, sub titulo Sermi olim Stephani Regis Antecessoris Nr̄i, manu eius propria subscrptas, et Sigillo Minore Regni communitas Confirmationis Priuilegii Incolis Villæ Dzierzkowice in Terra Lublin.
sit per Sermum olim Sigismundum primum Regem Poloniæ super certam Tabernam ratione et in subsidium oneris Poduodarum per eosdem incolas præstari solitarū concessi sanas, saluas, et omni suspicionis nota caren̄ Supplicatumq est Nobis, vt easdem quoq Confirmationis lr̄as,
ac ipsum originale Priuilegium auth. Nr̄a Regia ratum habere, approbare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem lr̄arum series de Verbo ad Verbum ea est quæ sequitur. Stephanus Dei gra̅a Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuæ Russ. Pruss. Masouiæ Samogit. Kijouiæ Volhi-
niæ Podlachiæ Liuoniæ, etc. Princeps Transyluaniæ. Significamus his literis Nr̄is, quorum interest Vniuersis et singulis earum notitiam habituris. Productas et monstratas fuisse coram Nobis lr̄as Diui Sigismundi Primi Poloniæ Regis Antecessoris Nr̄i desideratmi
nomine Incolarum Villæ Dzierzkowice ad Tenutam Vrzedouien. pertinentis in charta membranea conscrptas manuq Samuelis Macieiowski Nominati Episcopi Chełmen. et Regni Poloniæ Vicecancellarii subscriptas ac Sigillo Minori Regni communitas, integras
non vitiatas omniq penitus sinistra suspicione carentes. Supplicatumq Nobis est vt eas ipsas lr̄as auth. Nr̄a Regia approbare et confirmare dignaremur. Earum vero lr̄arum tenor fuit iste. Sigismundus Dei gra̅a Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuæ Russ. Pruss. Masouiæ etc. Dominus et hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit Vniuersis præsentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia Nos attenden̄ Incolas Villæ Nr̄æ Dzierzkowice in Terra Lublinen. sitt propter frequen-
tes poduodas quas dare Nobis seu Nunciis Nr̄is sunt obligati ad magnam inopiam deuenisse ac plerosq illorum ex prædicta Villa iam alio secessisse, Volentesq eosdem incolas gra̅a Nr̄a releuare, ipsis in subsidium dandarum Nuncii
Nunciis ac Cubiculariis Nr̄is in negotiis Nr̄is et Reipublicæ proficiscentibus poduodarum prædictarum Tabernam nouam ibi inter se construere et ædificare, censusq et prouentus ex eadem futuros in adiumentum oneris ferendi poduodarum præfa-
tarum tollere et recipere admisimus et concessimus admittimusq et concedimus in perpetuum per præntes. Per ipsos homines Poduodnicij dictam Tabernam cum oibus eius Vtilitatibus censibus et redditibus tenen̄ haben̄ et ad Vsum prædictarum poduodarū conuerten̄
temporibusq perpetuis possiden̄. Quocirca tibi Gnoso Georgio de Witowice Dapifero Lublinen. et Capitaneo seu Tenutario Nr̄o Vrzedouien. ac aliis pro tempore existentibus mandamus, vt in ea ipsa concessione Nr̄a dictæ Tabernæ eosdem Nr̄os homines non impedias nec
quouismodo molestes. Pro gra̅a Nr̄a aliter non facturæ. Harum quibus Sigillum Nr̄um est appensum testimonio lr̄arum. Datum Cracouiæ Sabbatho ipso die Festi Omnium Sanctorum Anno Dn̄i Millesimo Quingentmo Trigesimo Nono Regni Nr̄i Anno Tri-
gesimo Tertio. Relatio Rndi Dn̄i Samuelis Macieiowski Nominati Episcopi Chełmen. et Regni Poloniæ Vicecancellarii Samuel Macieiowski Nominatus Episcopus Chełmen. et Vicecancellarius. Nos itaq supplicationi ill. nomine Incolarum Villæ Dzierz-
kowice factæ benigne annuen̄ præinsertas lr̄as in omnibus earum punctis, clausulis, articulis, et conditionibus approbandas et confirmandas duximus, approbamusq et confirmamus præntibus lr̄is Nr̄is quantum iuris publici rationes permittunt, decernen̄ eas
robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. In cuius rei fidem præntes manu Nr̄a subscripsimus et Sigillo Nr̄o signari mandauimus. Datum Varsauiæ in Comitiis Regni Nr̄i generalibus die Vigesima quinta Mensis Februarij Anno Dn̄i
Millmo Quingentmo Septuagesimo octauo. Regni Vero Nr̄i Anno secundo. Stephanus Rex. Nos itaq Sigismundus Rex prænominatus supplicationi præfatæ benigne annuen̄ præinsertas lr̄as in toto prout in se sonant quantum de iure est ac Vsus
earum obtinetur ratas habemus approbamus, et confirmamus præntibus lr̄is Nr̄is, easdemq suum robur debitum obtinere Volumus. In cuius rei fidem præntes manu Nr̄a subscrptas Sigillo Regni Nr̄i consignari mandauimus. Datum Varsauiæ die XX Mensis
Iunij Anno Dn̄i Millmo Quingentmo Nonagesimo Tertio Regni Vero Nr̄i Anno Sexto. Sigismundus Rex Sebastianus Młodzieiowski. Cui itaq supplicationi Nos benigne annuen̄ præinsertas lr̄as in omnibus earum punctis clausulis et conditio-
nibus approban̄ et confirman̄ esse duximus, prout confirmamus, approbamus præntibus lr̄is Nr̄is decernen̄ easdem Vim et robur debitæ firmitatis in quantum iuris est et Vsus earum habetur obtinere debere. In cuius rei fidem præntes manu Nr̄a sub-
scriptas Sigillo Regni muniri iussimus. Datum Varsauiæ die XXX Mensis Decembris Anno Dn̄i MDCXLIV. Regnorum Nr̄orum Poloniæ XII Sueciæ vero XIII Anno. Vladislaus Rex Sigillum Cancellariæ Regni
Maioris appensum. Vt etiam Nr̄am agnoscant gratiam dedimus illis Incolis Villæ Dzierzkowice dictæ facultatem iuxta consuetudine in prædicta Taberna crematum distillandi. Ceruisiam coquendi, ac in defectu Vbiuis lo-
corum emendi aduehendi et educiendi, absq illa Capitanei Nr̄i Vrzedouien. nunc et pro tempore existentium contradictione. In cuius rei fidem præntes Manu Nr̄a subscrptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Lublini die XIII
Mensis Iulij Anno Domini MDCLX. Regnorum Nr̄orum Poloniæ Imo Sueciæ Vero XI Anno

Dypl. 429